

ORDO RERVM

opa *

diuine credimus resurrectio
carnis

diuinas promissionum
insinuat diuinos deos

Als* quoquo modo

De Lucano heretico meminit Tertul. in libro quē scripsit aduersus oēs hereses. Ceterū hęc duo uerba (aliqui Lucanus) in cōtextum ex margine puto relata

Als* de cōmunibus.

& filium hominis inscripserit. Carneum enim atq; corporeum probantes eum. Proinde & obducimus, præscribendo nullum alium credendum deum præter creatorem, dum talem ostendimus CHRISTVM, in quo dinoscitur deus, qualis promittitur à creatore obducti. Dehinc de deo, carnis autore, & de CHRISTO carnis redemptore, iam & de resurrectione carnis reuincuntur, congruenter scilicet & de deo carnis autore, & de CHRISTO carnis redemptore. Hoc fermè modo dicimus ineundam cum hæreticis disceptationē. NAM ET ORDO semper à principalibus deduci exposcit, ut de ipso prius constet à quo dicatur dispositum esse quod quæritur. Atq; adeo & hæretici ex conscientia infirmitatis, nunq; ordinarie tractāt. Certi enim quàm laborent, in alterius diuinitatis insinuatione, aduersus deum mūdi omnibus naturaliter notum de testimonijs operum, certe et in sacramētis priorem, et in prædicationibus manifestiorem, sub obtentu quasi urgētioris causæ, id est ipsius humanæ salutis ante omnia requirendæ, à quæstionibus resurrectionis incipiunt: quia durius creditur resurrectio carnis, quàm una diuinitas: atq; ita tractatum uiribus ordinis sui destitutum, et scripturalis potius oneratum, deprecaturibus carnis paulatim alterius diuinitatis temperant sensum, ex ipsa spei cōcussione et demutatiōe. Deiectus enim unusquisq; uel motus de gradu eius spei quam susceperat apud creatorem, facile iam dedinatur ad alterius spei autorem, etiam ultro suspiciandum. Per diuersitatem enim promissionum, diuersitas insinuatur deorum. Sic multos inretitos uidemus, dum ante de resurrectione carnis eliduntur, q̄ de unione diuinitatis elidunt. Igitur quantū ad hæreticos, demonstrauimus quo cuncto decurrendum sit à nobis: et occursum est etiā suo quoq; titulo, de deo quidem unico et CHRISTO eius aduersus Marcionem: de carne uero domini, etiam aduersus quatuor hæreses. Ad hanc maxime quæstionem præstruendam, uti nunc de sola carnis resurrectione ita digeram, tanq; penes nos incertum, dum sit quoq; certum penes creatorem. Nā et multi rudes, et pleriq; sua fide dubij et simplices: plures quos instrui, dirigi, muniri oportebit: quia et hoc latere unio diuinitatis defendetur: sicut em̄ negata carnis resurrectione concutitur, ita uindicata constabitur. Animæ autem salutē credo retractatu carere. Omnes enim ferè hæretici eā* quomodo uolūt, tamen non negant. Viderit unus (aliqui Lucanus) nec huic quidem substantiæ parcens, quam secundū Aristotelem dissoluens, aliud quid pro ea subiicit quiddam resurrecturū. Neq; anima, neq; caro, id est non homo, sed uersus, forsitan tanq; Lucanus. Habet et iste à nobis plenissimū de omni statu animæ stilum, quam in primis immortalem tuentes, solius carnis et defectiōnem cum maxime adserimus, redactis in ordinariū materiæ corpus, si qua & alibi pro causarum incurfione præstricta distulimus. Nā ut quædam prælibari solenne est: ita & differri necesse est, dum modo & prælibata suppleantur suo corpore, & dilata reddantur suo nomine. Est quidē & * cōmunibus sensibus sapere in dei rebus, sed in testimoniū ueri, nō in adiutoriū falsi

Rhetoribus
diuine dissolutio
dum animas